

EL PERRO Y EL LOBO (FABULA)

Fedro

Quam dulcis sit libertas, breviter próloquar.

Canis perpasto, mácie confectus Lupus,

Forte occurrit: salutantes dein invicem,

Vt restiterunt: Unde sic, quaeso, nites,

Aut quo cibo fecisti tantum córporis?

Ego, qui sum longe fórtior, pereó fame,

Canis simpliciter: Eadem est condítio tibi,

Praestare dómíno si par oflicium potes,

Quod? inquit ille. Custos ut sis liminis,

A fúribus tucaris et noctu domum,

Ego vero sum paratus: nunc pátiór nives,

Imbresque, in silvis áasperam vitam trahens:

Quanto est facilius mihi sub tecto vívere,

Et otiosum largo satiari cibo?

Veni ergo mecum. Dum procedunt, áspicit

Lupus a catena collum detritum Canis.

Unde hoc, amice? Nihil est. Dic, quaeso tamen,

Quia vídeor acer, álligant me intérdiu,

Luce ut quiescam, et vigilem, nox cum vénerit:

Crepúsculo solutus, qua visum est, vagor.

Affertur ultro panis; de mensa sua

Dat ossa dómínus, frustra jactat familia,

Et, quod fastidit quisque, pulmentárium,

Sic sine labore venter impletur meus.

Age, si quo abire est ánimus, est licéntia?

Non plané est, inquit. Frúere, quae laudas, Canis.

Regnare nolo, liber ut non sim mihi.

EL CRISOL DE LA CORDURA

<http://aruasif.wordpress.com>